

circulus in quolibet puncto, quod designaveris, & finitur, & incipit. Sic & tales impii.

227. Quæstio tamen principaliter inquit; cur de hujusmodi equis dicatur, quod eorum potestas erat in ore, ac in cauda, cur in his equis, non erat vis, ac robur constitutum in corpore, pedibus, vel in aliis, sed in ore, ac caudis; per os denotatur doctrina, per caudam verò, quæ est ultima pars corporis, potestas temporalis quæ est ultima post Ecclesiasticam; ecce cur in his equis infernalibus potestas erat in ore, ac cauda; quia pravitas hæreticæ nititur in persuasione oris, ac in potestate sæculari, à qua multoties patrociniatur, D. Greg. Magn. lib. 33. Moral. cap. 29. In Apocalypsi, dicitur potestas equorum in ore & caudis eorum; in ore namque Doctorum scientia, in cauda verò sæcularium potentia figuratur, nam per caudam, quæ retro est hujus sæculi postponenda temporalitas designatur, isti ergo equi, id est, iniquissimi Prædicatoribus, ubique carnalium impulsu currentibus in ore, & cauda potestas est, quia ipsi quidem per-versa suadendo prædicant, sed temporalibus potestatibus fulti per ea quæ retro sunt, se exaltant.

228. Secundò, potestas equorum in ore, hæc potestas hæreticorum in falsa persuasione, ac in cauda, per quam denotatur fraus & dolus, siquidem corpore cauda occultatur, & minus apparet quam facies: Deinde quia cauda regitur animalium turpitudine, & inde recte potestas equorum, seu hæreticorum constituta est in cauda, nam simulatione, ac fraude turpitudinem suæ doctrinæ abscondere nituntur, ut efficacius noceant. Thom. Anglicus: Cauda, ait, cooperit turpitudinem: sic tales astutiam suam abscondunt, & turpitudinem erroris sui cooperiunt. Idem habet Rupert cum ait, Prohibita dicens fugere mendacium, ait, Ilias cap. 9. Ipse cauda est videlicet, quia quodammodo protegit stercore, dum ipsa quod loquitur mendacium, quantum potest verisimilitudine perornat.

Thom. Aug. Tertiò, potestas eorum in ore, & in cauda quæ serpentibus comparatur. Et cauda eorum similis serpentibus. Serpens aliquando se convolvit, & involvit, ut ne etiam caput ejus videatur, ac postea cum vult venenum effundere, in fetorant evolvit, & liberè explicat, ecce cur caudæ, id est hæretici etiam similes serpentibus esse perhibentur; quia hæretici simula è sese continent, ac sese involvant, ne tales esse deprehendantur, ac verò postea cum admittuntur, libertate plena & intolerabili impudentia, suos disseminant errores Pannonius, Os mortiferum est illis, ait, & cauda implicat sese nexu suo, sese contrahunt protegentes, explicam ut libertatem latius expatiendi accipiant.

229. Quarto potestas in ore & in cauda; per os denotatur orationis efficacia, ac energia; Per caudam verò, quæ penas dat ad alicujus ornamentum, largitas munerum; & in his duobus constituitur tota potestas hæreticorum, quia non minus donorum largitas in hæreticis suadet, quàm verborum oratio Albert. Mag. Per ista duo, ait, multos decipient, scilicet per rationum inductiones, & per munerum largitiones, & ideo dicit potestas equorum, in ore eorum, id est in rationum inductione, & in caudis eorum, id est, munerum largitione.

230. Quintò, hujusmodi equi habebant duo capita unum leonum, ut dicitur, vers. 17. Et occisa

D. Greg. Hæretici persuadent sua per-versa, ore & fine Pincipium.

231. Hæretici suam doctrinam abscondere nituntur.

232. Hæretici continent, & postea multa libertate proferunt.

233. Homo duplex ad omnes ingreditur.

equorum, ut capita leonum. In cauda verò habebant capita veluti serpentina, ut jam dixi, & ideo magna erat potestas equorum in ore & cauda, quia apud homines mundanos, ille plurimum valet, qui duplici induitur facie, ut modò unus, modò alter videatur.

Insignis extitit apud Davidem in consiliis proferendis Achitophel. Air Text. 2. Reg. 16. num. 23. Consilium autem Achitophel, quod dabat diebus illis, quasi qui consuleret Deum, sic erat omne consilium Achitophel; & statim subdit Text. quod prudentissima erant consilia Achitophel. Cum esset cum David, & cum esset cum Absalon. Quomodo, iste in suis consiliis proferendis, se poterat bene habere, cum Davide Rege justo & recto, ac cum Absalon Principe iniquo, qui contra partem suam se rebellaverat? quomodo hæc compatiuntur ut esset bonus consiliarius cujusdam boni regis, ac alterius regis simul iniqui, & tyranni. Procopius, erga bonum malitiam celans, erga pravum ostendens. In præsentia Davidis venenum occultabat, quod coram Absalone profundebar; duplici facie se armabat Achitophel, & ita locum habebat apud bonum, & malum, apud justum, & tyrannum.

Apoc. 9. n. 20. Et ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra aurea & ærea, & lapidea, & lignea quæ neque videre possunt, neque audire neque ambulare.

Num. 21. Et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à factis suis.

VERSIONES.

Arabicus. Iique occidebant reliquos homines, qui mortui non fuerant ob tres plagas, ignem scilicet, ac fumum, & sulphur, & tamen non penituerat eos.

Syrus. Non conversi sunt ab operibus manuum suarum. Primasius. Neque egerunt penitentiam factorum suorum malorum.

Vatabl. Neque resipuerunt. Syrus n. 21. Et non reversi sunt ab incantationibus suis, neque à scortatione sua.

Arabicus

Arabicus. Et non penituerat eos cædis suæ, neque adorationis suæ Arias. Non resipiscunt.

ribus manuum suarum, statim connectit adorationem, quam idolis præstiterunt, ut inde fiat evidens, quod homines per mala opera sua inducuntur, & sibi parant viam ad idololatriciam, unde omnia mala sibi comparant.

EXPOSITIO X.

233. Ceteri homines, qui non sunt occisi. Hoc est, duæ reliquæ partes iniuorum, nam tertia pars ab equis, & equitibus interfecta est ut pater, vers. 18. & cum tor strages, ac funera suorum vidissent illi homines, neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum, Ac si diceret, nec ex eo quod tot mortes viderent permoti sunt ad penitentiam agendam, ex eo quod coluerunt opera manuum suarum, simulachra nempe ab hominibus facta & nunc primò ponit peccata, quæ ad idololatriciam pertinent.

234. Ut adorarent dæmonia. Et primò interponit mentionem dæmoniorum, non quia illa sint opera manuum hominum, sed quia in operibus manuum, id est, simulachris dæmonia colebantur; Quæ neque videre, nec audire possunt, cuius peccati gravitatem sæpè repetit. sacra scriptura, Psal. 114. Sapient. 15. Baruch. 6. & Paul. Rom. 1.

Et qui non egerunt penitentiam. Post Idololatriciam assignatam alia peccata numerat in quibus obstinatè absque penitentia perseverarunt, ab homicidiis suis, quæ semper in omni lege sunt prohibita, neque à veneficiis suis. Veneficium, est crimen veneni, specielque maleficii, sumitur frequenter pro incantationibus & aliis fortilegiis, Neque à fornicatione sua. Quæ licet sit idè sumatur pro specie luxuriæ soluti cum soluta. Tamen in præsentia noster Evangelista sub nomine luxuriæ intelligit omne carnis vitium, ut adulterium, quod gravius est fornicatione. Neque à furtis suis. Sub quo nomine, omnes contractus iniquos & fraudulentos, & illicitos comprehendit. Ad integrum ac perfectum sensum addendum est peribunt, qui non egerunt penitentiam.

Psal. 114. Sapient. 15. Baruch. 6. Rom. 1. 235.

Varia genera peccatorum.

Secundò, cum Scriptura de Idolorum adoratione agit, addit opera manuum hominum, ut in præsentia. Non egerunt penitentiam de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra, &c. Sic & Regius Vates, Psal. 113. n. 4. Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Cur ergo in utroque loco opera manuum hominum dicitur? Ut magno pudore confundantur homines, ea adorare, ut divina numina, quorum ipsi erant auctores, ac fabricatores, ut recte adnotavit Cassiodorus ad præfatum locum, Psal. Ne putares, ait, hæc signa naturæ alicujus vivam habere substantiam ad militiam dicitur exprimendam, Deos illos gentilium, mortalium manibus fabricatos. Pudor est dicere simulachra ab illo coli; cuius speciei auctor est, & potius inveniri, aut quid mortali valeat præstare, qui nisi voluisset homo, idolum non potuisset existere? Sic & Hierem. 10. Talia deliramentum pulchra definitione conclusit, dicens, nihil aliud erit, nisi quod voluit esse artifex.

Secundò, Rectè dicitur in text. Non egerunt penitentiam de operibus manuum suarum, ut adorarent dæmonia, & simulachra. Magno affectu rapitur homo ad opus manuum suarum; & ideo dicitur, quod homines adorant idola opera manuum suarum, ac si ex eo ad illorum cultum, & venerationem moverentur ex eo quod erant opera manuum suarum. Ad quod respicit D. August. lib. 8. de civit. Dei, cap. 23. Cum facile sit fieri Deos colendo, quos ipse fecit homo.

Tertiò, in tantam dementia prolapsi sunt homines, ut manibus suis imagines hominum scelestissimorum fabricarent, ut ad suos turpissimos mores haberent licentiam, sicque eos tueri, ac patrocinari possent D. Gregor. Nazianzen. oratione ad Hemeisium, sic ait: Scilicet idolorum cultores, qui hoc vitii vestris subsidium excogitatis, ut flagitiosos, mendaces, scarios, adulteris vobis Deos fingatis nec eo contenti, vitii etiam ipsi sacra constituisse, ex qua illud efficitur, ut non solum impunium maneat quodvis vitium, sed etiam laudabile, ac honestum habeatur, velut Deo, qui id coluit gratum & jucundum.

Quartò, de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra. Quæ Deos, appellarunt, ut testatur Sapiens, c. 13. n. 10. Sap. 13. dicens: Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, &c. Simulachrorum adoratores, infelices nominat sapienter, quia nempe Deos appellaverunt opera manuum hominum, & unde provenit eorum infelicitas? quia inter mortuos spes illorum est. Collocarunt spem suam non in Deo vero, sed in mortuis idolis, quæ sunt opera manuum hominum, & maxime infauca, ac execrabilis fors est illius, qui non in Deo, sed in creaturis spem suam reponit.

Aggrè passus est Dominus Regem ab Hebræo postulatam esse, unde ait Samueli, Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos; Y y 2 In

QUESTIO XXV.

Quare specialiter non tantum dicitur, quod penitentiam non egerunt, sed etiam additur de operibus manuum suarum.

235. Iniquorum, qui perierunt, recensionem hic facit Joannes; & hoc caput nonum, ac præcedens octavam per anthithesim respondent capiti septimo, ubi prædicantur, & ostenduntur Joanni omnes electi salvandi: hic verò proponuntur, ac ostenduntur omnes præciti damnandi, quibus per Evangelium, non est allaturum remedium.

Tota quæst. inquit, cur postquam Joannes dixit, quod penitentiam non egerunt de operibus manuum suarum, Tom. I.

238.

Psal. 113. n. 4. Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Cur ergo in utroque loco opera manuum hominum dicitur? Ut magno pudore confundantur homines, ea adorare, ut divina numina, quorum ipsi erant auctores, ac fabricatores, ut recte adnotavit Cassiodorus ad præfatum locum, Psal. Ne putares, ait, hæc signa naturæ alicujus vivam habere substantiam ad militiam dicitur exprimendam, Deos illos gentilium, mortalium manibus fabricatos. Pudor est dicere simulachra ab illo coli; cuius speciei auctor est, & potius inveniri, aut quid mortali valeat præstare, qui nisi voluisset homo, idolum non potuisset existere? Sic & Hierem. 10. Talia deliramentum pulchra definitione conclusit, dicens, nihil aliud erit, nisi quod voluit esse artifex.

Cassiod.

Hierem. 10.

239. Maxime homo afficitur ad opus suum.

240. Homo valde dishoneste suos pravos mores.

241.

Valde miser qui in alio præter Deum sperat.

242.

1. Reg. 8.

Deut. 17.

Spei in homi-  
ne valde va-  
na.  
Ibid. Clar.

243.  
Amo. 6.

Deum com-  
mouet qui sibi  
confidit.

D. Cyrill.

244.

Luc. 16.

Errat qui  
spem suam  
ponit in homi-  
ne.  
D. Chryf.

QUESTIO XXVI.

Quare post Idolorum cultum nunc alia peccata ut homicidium, furtum, &c. numerat Joannes?

245.

Deus differre  
penam ut ho-  
mo conuertatur.

Joachim,

Ait Text. Et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, &c. & ibi stetit Textus imperitiam relinquens orationem, cur pena debita tantis criminibus non assignetur, quod scilicet tales transgressores peribunt, cur ergo pena incurrenda; non illico eis statuitur, & quod ipsi miserè occumbent? non eis minatur penam quia vult eis tempus concedere, quo penitentia indulgent; sic rem explicat Joachim Abba. Dixit hec ait, & stetit, in consummatam orationem relinquens; band dubium quod propter illud, quod in alio loco per Isaiam 24. dicitur sedetum meum mihi. Videtur enim, in his verbis quod terminanda sit ad horam tribulatio, & danda aliquantum pax populo Christiano, non quia ja-

purgata eorum scelera, sed quia sic miseretur, ille incipit percutere, ut aliquando retrahat manum suam. Si quomodo qui moriuntur in peccatis, conuertantur & vivant.

Qua ergo consequentia postquam superiori verba egit, de cultu demoniorum nunc etiam homines arguit, de homicidiis, veneficiis, impudiciis; quia semper peccator in aliud cadit, & precipitatur; Aretas. Quia ita perdit futura sunt mentes, ut ex auditu, & aspectu eorum quae tunc futura sunt non respicientes ab operibus, quae videbantur esse prava; addiderunt ad priora, & viderunt infamiam demonum & idolorum culturam una cum adoratione adferent, non quod insensibilia solum designent eorum, qua manu facta sunt, sed quod peccatis addiderunt peccata.

Cum magno odio fratres Joseph commoverentur in ipsum videntes cum à longe, con-

gitarunt eum occidere. Et mutuo loquebantur, ecce formicator venit, venite occidamus eum. Gen. 37. n. 20 non omnium hoc consilium fuit, nam Ruben, & Juda in alia fuisse sententia bene colligitur ex sequentibus in text. Un-

de hæc verba tribuit Salius, Simeoni, & Levi, & cur hic duo ex omnibus fratribus talem habuerunt sententiam ad fratrem suum in omni virtute præclarum occidendum? Hi duo Simeon & Levi magnam hominum caedem perpetraverunt in civitate Sichem Gen. 34. n. 25. Unde à patre vasa iniquitatis dici meruerunt Gen. 49. num. 5. Non ergo mirum, quod ad occidendum fratrem se accingant qui paulò ante auctores extiterant necis peractæ in Sichem; ex aliorum occisione ad fratrem occidendum devenerunt; hoc enim habet peccatum admittum; quod ad aliud majus peragendum impellat. Huc advoco, quod eleganter dicit D. Ambrosius in Plalm. ad illa verba. in ca-

thetra pestilentia non sedit. sic ait, cavenda ergo prima sunt vitia, ne in plura deinde graviora prosperent, etenim sicut ille qui se in luto versant, quo magis volutantur; eo amplius inquinantur: ita qui semel se luto improbitatis aspersione, nisi ab eo velociter exiliat gravius sibi dedecoris sui cænum per singulos dies lutea conversationis obducit.

Ait de Marc. 6. n. 17. Herodes misit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui quia dixerat eam uxorem. Et inde in die natalis sui eum mandavit occidere, quomodo Herodes in tantum nefas prolabor: nam ut ait ibidem text. n. 20. Herodes metuebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Unde ergo tale crimen cecidit, ut vitum tam justum ac sanctum occideret? expende initium criminis in Herode, prius fratris uxorem duxit, nec ibi in malo quievit, sed inde ad sacrilegium properavit, ut Joannem trucidaret. Non enim in tantum facinus auderet nisi prius recepta in animo nefandi esset concubitus malitia, de cuius impulsu, quod in sacrilegii incidere barathrum D. Basil. Seleuc. Orat. 18. Mibi vide diaboli artem, ait, ut ad impietatem ex levioribus erroris extrahat: Primum fratrem cubilis professorem fecit, & subessorem, ut ex adulterii fæsa ad Baptista eadem transire faciat, malum verò tempore alium crescit.

CAPUT

CAPUT DECIMUM.

VISIONE hac imaginaria apparet Joanni Angelus amictus nube, habens in capite iridem, lumen ut sol è facie rutilat, manu tenens libellum, & pedes se exhibent ut columnæ ignis, ponens pedem dextrum super mare, sinistrum verò super terram, voce rugiens quasi leo, ad cuius clamorem septem concrepant tonitrua non amplius futurum tempus, sed consummandum Dei mysterium cum, septimus Angelus tuba cecinerit; Post hæc jubetur accipere librum è manu Angeli, & iterum Prophetare genibus.

Apoc. 10. n. 1. Et vidi alium Angelum fortem descendentem de caelo, amictum nube; & Iris in capite ejus, & facies ejus erat ut Sol, & pedes ejus tanquam columnæ ignis.

agerent, aliter rugiet ut leo, & facies ejus erat ut sol. Tum ad denotandam suæ beatitudinis statum ac indicandam claritatem suæ Doctrinæ, ac prosperitatem eorum quæ nunciabat. Et pedes ejus tanquam columnæ ignis, ob firmitatem suæ constantiæ in claritate radicatum, tum etiam, quia pedibus suis tanquam columnis igneis conteret, & conculcabit oblinatos, nolentes pacem fæderis ejus recipere.

VERSIONES.

QUESTIO I.

Syrus. Et arcus nubis super caput ejus.  
Arabicus. Super caput ejus erat circulus, &c. & pedes ejus tanquam columnæ igneæ.  
Primasius. Et vultus ejus erat ut Sol.  
Occumen. Vultus ejus sicut Sol.

Quanam connexio sit hujus capituli cum superioribus.

Cap. 8. legimus magnas factas plagas, ac devastaciones in toto mundo igne, sanguine & grandine, c. 9. aperto puteo abyssi, ascendit fumus putei ex quo exeunt horribiles locustæ, cum multa potestate tanquam scorpiones terræ; deinde prodit armatus exercitus equestris cum igne, sulphure, ac scloppis, & equi erant valde monstruosi habentes capita leonum, & caudas serpentum, tunc apparet noster Angelus descendens de caelo amictus nube, &c. quanam connexio hanc rerum inter se; præcipue cum ille exercitus horribilis prodeat sexto Angelo canente, c. 8. n. 13. sub cuius tuba, ac cantum apparet noster Angelus, & talis sonus tubæ durat, usque ad c. 11. n. 15. Et septimus Angelus tuba cecinit.

Primò, Richardus, Beda, Primasius, & alii hinc volunt esse sermonem de Christo: At quorsum hic erit sermo de Christo? & quomodo tunc erit connexio cum superioribus, ac consequentibus? & quomodo tam confusa erit Apocalypsis, & ad quid hic erit sermo de Christo descendens de caelo, & veniente in mundum per Incarnationem.

Secundò Alcazar aliter hinc vult esse sermonem de Christo, putat enim eum prophetice per Apostolos nuntiare mundo populi Israëliti reprobationem gentiumque vocationem. At hoc nuntium jam clarè & aperte Paulus declarat

EXPOSITIO I.

IDI, ait noster Joannes visione sua imaginaria alium Angelum distinctum nempe à sexto Angelo tuba canente: nam hæc, quæ hic scribuntur pertinent ad tubam sexti Angeli; & ea quæ referuntur cap. 11. usque ad vers. 15. Quia tunc septimus Angelus tuba cecinit, & dicit Angelum, verè & propriè natura Angelum.

Fortem, ex quo aliqui autumant esse Gabrielem, qui Dei fortitudo dicitur vel fortem, quia fortia nuntiat, unde rugit, quasi leo: descendens de caelo, tanquam Dei legatus, ac nuntius, & ut supremi Regis nuntius ornamento portat: amictum nube, quoad cæteras partes corporis aëi ei præter faciem, quæ fulgebat, ut Sol, & erat amictus nube tanquam tegumento gloriæ suæ, vel quia recondita Dei consilia nunciaturus adveniat.

Et Iris in capite ejus Iris reconciliationis, ac fæderis signum est Gen. 9. Angelus iste adveniat ferens pacem hominibus, si penitentiam Sylvester in Apocalypsim, Tom. 1.

Y y 3 declarat